

petraz apparuit ei. dantes sibi lapidem pulcherrimū et preciosum dixit q̄ ipsius pondere agnosceret valorem sui ipsius. Nam lapis ille positus in statera omnia p̄ponderabat que in alia lance ponebant. Coopertus aut̄ puluere nihil penitus p̄derabat sed ei p̄ponderabat festuca minima. per hoc dabat̄ intelligi q̄ ipse uiuens in dignitate omnes reges mundi p̄ponderabat. Sepultus vero pro minima festuca reputaret̄. Unde Grego. Que maior infantia q̄ pro delectatione momentanea p̄petuis se obligare supplicij. Et hec de yndecimo capi. dicta sufficiūt.

De quadruplici domo dei.

Capitulum duodecimū.

Quadruplicem domum dei in scripturis inuenimus q̄ sibi dominus deputauit pro speciali habitaculo. cuius delicie sunt esse cum filiis hominū. Prouerbiorum. viij. Quietam fideibus suis repromisit in cōsolationē d. Mat. vi. Uobiscū sum vsq̄ ad cōsumationem seculi. Prima igitur domus dei est quelibet ecclesia materialis ad honorem dei dedicata. De qua ipse dominus dicit. Joban. ij. Nolite facere domū patris mei domū negationis. Et alibi Mat. xi. Domus mea domus orationis vocabit̄. Secunda domū dispositi sibi deus spiritualem. Et hec est duplex. Specialis videlicet et Cōmunis. Specialis est quelibet deuota anima ad imaginem dei facta. De qua dicit p̄pheta. Domū tuam domine decz sanctitudo. in longitudine dierum t̄. Tertia domus est spiritualis. sed communis. tota videlicet ecclesia catholica que supra ipsum cristum velud supra firmā petram est fundata. Prouerbior. ij. Sapientia edificauit sibi domū exidit in ea columnas septem. i. septem sacramenta. Quarta vero domus est pacifica et tranquilla. que est ecclesia triumphans omnium beatorū. De qua psalmista Beati qui habitant in domo tua domine. in secula seculorū laudabunt te. Item Joh. xiiij. In domo patris mei mansiones multe sūt. Sed p̄ch dolor in qualibet illarū domorū sit tanta abhominatio n̄ris modernis ip̄i n̄bus. tātaq̄ violētia. quas merito oēs humili corde perpēdere debemus. vt possimus eas lacrimosis oculis deplāgere. et deplangendo remedium oportunū a dño salubriter impetrare.

SS ij

Capitulum undecimū.

¶ Primo igitur fit abhominatio ⁊ violentia in prima domo ab ipsismet domus incolis. scz clericis in ea prebentis. q̄ moderno tpe raro visitant domū dei. ymmo rarissime causa orationis querētes ibi deum. Olim petrus et iohānes ascendebāt ad templū ad horam oratōis nonam Actū. ij. S; iam p̄missime visitant eam causa portionis querētes ibi nummū. nō deum. Isti sunt de quibus dicitur Hier. vi. A minori vsq; ad maiorem oēs auaritie student. Isti plus intrāt ecclesiam ppter salutem ventris q̄ ppter salutem mentis. De quibus sūt aplūs ad Phili. iij. Quorū deus venter est. Et tales sunt filij hely et filij belial. de quib⁹ dicit. i. Re. ij. Erat autē peccatū pueroꝝ hely grande coram dño. qz retrahēbāt homines ab domini sacrificiō Sic et hodierna die ppter auaritiā: gulam ⁊ luxuriā clericoꝝ multi layci ab oblatiōibus et sacrificijs retrahunt. **¶** Item alia est abhominatio que fit in eadem domo ab ipsis qui visitant ipsam causa vane glorie. vt ostendāt se esse bonos atq; subiles cantores qui frangunt notas et voces vt placeant nō deo. sed mulieribus. discantant et hofiant vt ab audientibus laudent p̄cipue a mulieribus. Jaz mutetas: iam in organis: iam in alijs instrumētis musicalibus: plus delectationē et lasciuiaz querentes q̄ deuotionē. Et multi in illū finem intrant ecclesiā vt audivigore libro de claustro aniesic inquit. Quid prodest dulcedo vocis sine dulcedine mentis: frangis vocem frange et p̄riam volūratem. Seruas consonantiā vocis: serua concordia mor̄. ymmo sanctus Augū. contra tales sūt. Plus placet deo latratu canū: mugitus boum: grinitus porcorū. q̄ talis cantus luxuriantū clericorum. i. lasciuie et luxuriose cantacium vt placeant amasijis suis. Vide quantā iniuriā templo dei isti fariāt Fatiunt enī ex eo tabernaz siue domū tripudij. vbi solent tales lasciu cantus exerceri. Fit adhuc alia abhominatio ⁊ violentia longe grauior in domo dei ab ipsis lubricis: qui veniūt ibidē ad inspiciendū mulieres: et vt inspiciant ab eis. ymmo pudendū est. Sed tñ heu verum est qd̄ dico. q̄ istis t̄pibus nō est ap̄rior locus ad procandū: vbi sunt tales procatores q̄ in templo dei. Et quanto est ecclesia solennior et maior et plures clerici sunt in eartāto plura talia in ea fiunt. Ne ve veillis qui sic pol

luunt templū dñi. Illi maximā violentiam domui dei faciunt
cum de templo lupanar efficiūt. Illi verissime sñ de quibus
illud dici p̄r Saluatoris. Mat. xxi. Domus mea dom⁹ ora
tionis vocabit̄. vos aut̄ fecistis illam speluncam latronū. Ubi
vos p̄catis mulierculas malas quas vos multū diligitis plus
q̄ summū et eternū bonum saluatorem oīm Ihesum cristum.
qui nos et vos omnes redemit de morte eterna. Et de cuius
patrimonio viuitis. vestras mulieres splēdide educatis Deus
aut̄ noster egenus et paup. non in seipso. sed in suis pauperib⁹
quos nutrire deberetis. et non facitis in maximū damnum
vestrū. Et dico notanter malas mulierculas. quia boni et ho
nesti non paciuntur se a vobis p̄cari. Sed mala et inbonesta
cuius malicia exuperat omnem maliciam. post dyabolū. Quod
autem hoc verum sit probat Iohannes in sermone de colla
tione Jobānis baptiste dicens. Nulla ergo in hac mundo bea
stia similis est male mulieri. Quid inter quadrupedia leone se
uius. sed nihil ad hanc. Aut in serpētibus. quid dracōe attron
cius. nec hoc quidem iuxta mulierem malam et linguosam cōs
ferri potest. Nam et leo et draco in malo inferiora sñ. Testat̄
huic sermoni meo sapientissimus Salomō dicēs. Lobabitare
leoni et draconi melius est q̄ mulieri male et linguose. Et ne
putes sapientē virū in yronia dixisse Ex ip̄is rebus discere mani
fest⁹. Danielē in lacu leonis reueriti sñ. Iustū vero Flaboth Je
sabel interfecit. Et Jonā in vētre suo custodiuit. Valida aut̄
Samphonē illecebr⁹ circumuenit raso capite deformatū alieni
genis. seꝛ p̄bilisteis tradidit. Dracones et aspides et cornute.
Jobānē baptistā viuente subdita feritate reuerent̄. Herodias
p̄o caput abstulit. et tāti viri mortē in precii saltationis accepit
Hec ille. Et ideo dñ Sapiētē. xlii. In medio mulier⁹ noli cō
morari. de vestimētis em̄ p̄cedit tinea. Sic a muliere iniquitas.
¶ Audirem gestā de duab⁹ mulierib⁹ et vno p̄pitero. Qui hau
bebat vnā vetulā. aliā iuueniculā. Qui qñq; in sole quiescens
ponebat caput ad sinū vetule vt ei canos crines extraheret. ve
tula p̄o intra se cogitabat. si tibi canos extraherē vt iuuenis vi
dear⁹. me refutabis ⁊ iuuenicula adhiberē ⁊ p̄pter h̄ vetula ei ca
pillos nigros extraherebat ⁊ canos p̄misit stare. Aliqñ p̄o idē
sacerdos pōebat caput suū i sinū iuuenicule ⁊ p̄erebat vt ei cāos
BB lii

no bñ. de malitia
mulieris

Ex. 1. 1. 1.

Capitulum duodecimū.

no. d. mulieris. f. 12.

crines extraheret. que fecit sic. Et cum nō inueniebat nisi canos omnes euellēbat. Sicq; vetula extrahēbat nigros. Et iuuenula canos. Et sic remansit idē sacerdos decaluatus et depilat? Ecce qualis deceptio mulierū. ¶ De quarū malicia dicit. De trista. Adam sampsonē. dauid regem salomonē. Atq; arestionē alexandrū similis omnes. Femina decepit. quis modo tutus erit. Femina fallere falsa. dicere qñ carebit. Secana piscibus ac mare fluctibus an carebit. Item infinita sūt adhuc eulogia in sacra scriptura clamātia in maliciā malarū mulierum. qñ tu sacerdos amas sup aurum et topazion. Immo sup deum et celestem iherusalem. Dico iterū malam mulierem. qz pro certo scio q bona honesta et pudica mulier nō erit tui fornicaria. Nec alterius. si diuisi fueris continue ab inuicē. Qui em castē viuere voluerit. oportet eum vitare oēm occasionē luxuriandi et precipue mulierum presētiā. Unde Augu. ait. Maius vtiq; est qñq; virū sanctum cōmorari et cōuersari cum mulieribus. et nō coinquinari ab eis. qñ suscitare mortuos. Exemplū capias. Nam sicut ferrum in ignem positū demolescit. sic viros sanctos in frequēti mulierū presētia positos cōcupiscentia emollescere facit. Et sicut ex cōcussione duorū lapidum frigidorū ad inuicem ignis excutit. sic ex nimia familiaritate viri et mulieris qñvis etiā antiquorū et nimis frigidorū concupiscentia oritur. Quis em frigidior esse poterit q qui in extremis laborat &c. Tamen refert **Eg.** Grego. in dyalogo de quodā senesanto in extremis laborante cui cū quedam mulier facie sibi a propinquaret vt sciret an adhuc spiraret. Ille vir dei voce qua potuit clamauit Recede mulier recede: tolle palliū quia adhuc viget igniculus in me. Unde Augu. Crede mihi q ex familiaritate feminarū multos cedros libani. i. sanctos viros cecidisse agnouī. de quorū casu nō minus timebā q ambrosij et hieronimi. Unde illud periculum nemo euadere poterit nisi qui consortia mulierū vitauerit. etiā quantūcūq; deuotus et religiosus fuerit. Unde Hiero. Crede mihi nō potest cum deo toto corde ambulare qui feminarū accessibus copulat. O mi frater attende diligēter que scribam tibi: non ego sed sancti doctores. Nunq; em in via salutis stare poteris: tua valida tecum cōmorante. Si em magni sancti litterati et miraculosi viri per feminas ceciderunt. tu miser et

miserabilis cū tua concubina quomō poteris saluus stare quā
 tu plus diligis q̄ deum tuuz et omēs creaturas celestes et ter
 restres. Et cum non sit aptius instrumentū ipsius dyaboli ad
 decipiendū homines a via recta et iusta q̄ mala et peccatrix mu
 lier. Nam dyabolus agit quandoq; per malam mulierem qđ
 non posset facere per omnes magistros et doctores omniū fau
 cultarū. Ex aut verum sit scribam tibi rem gestam in quadam
 ciuitate per antiquā beginam diabolicā mulierem. propter qđ
 negotiuz tu et oēs nos fugere debemus malas mulieres plus
 q̄ vnū demonem in inferno. ¶ Erat quidā mercator in qua
 dam ciuitate qui habebat castam et honestā vxorem: qui p̄gēs
 pro mercibus suis ad alias prouintias. Erat em̄ quidam iuue
 nis ciuis in eadem ciuitate qui adamabat eandem mulierē suo
 pia modū. qui plures nuntios ad eandem honestā mulierē di
 rectit ad procandū vel procurandū. sed vacuos et cū indigna o
 rione magna repulit eosdem a se. Tandē iuuenis cepit langue
 scere. cui quedā vetula occurrens causam sui languoris quesī
 uit: qui primō cor suū celans ei: sed illa fortiter instetit q̄ tane
 dem ei quod in corde habuit manifestauit. Qui illa ait. Ego te
 celeriter iuuabo. O mulier teysel dyabolus weyb. Ipsa p̄o ca
 niculam quā habebat tribus diebus ieiunare cogēs. tertia die
 panem cōfectum synapi dedit ei. Que p̄e amaritudine synapis
 fortiter lachrymare cepit. Pergēs ergo illa cū canicula ad doo
 mum p̄dicte femine. que fuit honorifice ab ea suscepta. Vidēs
 ergo domina caniculā sic lachrymantem quesīuit. quid haberet
 cause fletū. Ait ista antiqua Begina. Lara domina: Nolite
 me interrogare de causa huius fletus. Dagna est em̄ mea tri
 stitia et magis est dolor meus. Et ob hoc domia magis in
 stabat vt ei diceret. Cui antiqua vetula dixit. O domina mea
 beccanicula fuit filia mea pulchra: nimis decora et casta. q̄ cui
 dam iuueni ipsam ardēter amantem consentire noluit. in banc
 caniculā maledictiōe sua mutauit. Et hoc dicto cepit flere bec
 vetula dyabolica et mendax. Tunc mox domina ait. Et ego si
 milis sum filie vestre in hoc negotio. Iuuenem em̄ talem plu
 rics contemsi et nolui ei consentire. Cui anus. Consulo vobis
 mulere mini vestri. ne vobis contingant talia: et effitiāmini ca
 nicula sicut bec filia mea. Cui domina ait. Rogo te propter deū

Eo.

Capitulum duodecimū.

ut quanto citius poteris procures mihi eum. et ego ei cōsentiam. fin omnem voluntatem ipsius. Quod illa infelix ministra dyaboli apostola sathane audiuit. et ad eum statim p̄perauit. Et eos simul in actu luxurie sociauit. O mi frater cogita quā cruenta bestia fuit hec dyabolica mulier. Nam foris apparebat sancta. quia benigna fuisse dicitur. id est orationis soror. Intus vero fuit plena demonibus. Quis enī unquam doctorum aut magistroꝝ tale cogitasset nephas ut per vnam caniculam tam bonestā et castam mulierem ad luxuriandū puocasset. Vodo tales dyabolice meretrices sunt dī vestri. Quia secundum Augustinū. hoc ab homine colitur supple pro deo quod pro ceteris omnibus diligitur. Proprium enim est dei ut ab omnibus suis creaturis pro omnibus diligatur. Et talem dilectionem tu et tui similes in predicis concubinis vestris. quas cōtra deum tenetis contemptis. quia eas plus q̄ deum amatis in penam eterne damnationis vestre Item notanter iterum dico de malis mulieribus. Quia scio pro certo. q̄ bona honesta et pudica mulier non erit fornicaria. Noui enim multas bonas et honestas mulieres. et in omne opus bonū promptas. quarū vitam merito me oportet laudare. Quia omni laude s̄z dignissime. Has enī amare et honorare in deo honorificū est. De qua scribitur Sapientie. Mulierem fortē quis inueniet procul. et de vltimis finibus precium eius. Sicut fuit Lucrecia. de qua superius habes. que indubitāter non fecisset. que ista fecit. Et si decies fuisset in caniculari mutata. Exquo seipsam interfecit pro nepharo facto quod vī et cōtra omnem eius voluntatem in ea factū fuit. Secunda domus dei est anima rationalis que multas vexationes et violēcias patit. Ipsa quidem infestatur a v̄eto supbie. a flumie auaricie. et a pluuia luxurie. Nā oē qd est in m̄do aut est cōcupiscētia carnis aut oculoꝝ. aut supbia vite Itē de hac domo dei ebriosus facit p̄banū bachi. luxuriosū p̄banū reuerz. bellicosus p̄banū martis Sicq̄ multis modis anima nostra rationalis que deberet esse domus dei fit dom⁹ ydoli dyabolici et p̄bani. Non aut tu fac sic mi frater. S̄z potius excludere venerem bachum et martē et prepara deo tuo tētu christo crucifixo in anima tua templū sanctū castū. p̄ iugē meā moriā passiōis eius et omīum vulnerū. accrucis eius ⁊ partibulū.

Secunda domus dei

Tunc indubitanter habebit memoriam tuam in visceribus misericordie sue. ¶ Et de hoc capias exemplum de venerabili episcopo nomine Honorato. ¶ De quo legimus quod in magna reverentia habuit imaginem crucifixi. et persequens totam passionem Christi. Cum autem simplex laycus esset diuinitus. tamen in episcopum eligitur: sed clerici eum pretempserunt et deriserunt. Cum autem die una missam cantaret et dominus vobiscum proferret. Clerici respondere nolentibus: imago crucifixi risit. Et cum spiritu tuo cunctis qui aderant audientibus. et hoc ad maximum honorem ipsius: in scandalum omnium suorum clericorum. Facium est autem ut moreretur. et cum corpus eius ante maius altare locaretur. imago crucifixi ad altare oculos suos reuoluit et ipsum corpus diligentissimè inspexit. Cum autem sepulture traderetur et spiritus in fine misse diceret. Requiescat in sancta pace. Clerici vero nunc conuersi cognoscetes eius sanctitatem. pre tristitia et fletu seu dolore non responderunt Amen. Ipsa imago crucifixi alta voce respondit omnibus audientibus Amen. Sic crucifixus suum honorantem honorauit hic in terris. quanto amplius hec ei in celo fecit. Domine frater tu quoque fac similiter. et habebis eum indubitanter re honorantem in hoc seculo. et multo fortius in celesti patria etc. ¶ Tertia domus dei est tota ecclesia catholica in qua etiam fit abhominatio. Et licet omnis abhominatio que fit in prima et in secunda ecclesia: etiam fit in tertia. eo quod iste due includunt in ista tertia. tamen plures enumerabo. ¶ Prima igitur abhominatio est quod plures sunt clerici qui volunt habere beneficia: sed nolunt sufferre beneficiorum onera. Redditi volunt tollere sed nolunt horas canonicas dicere: nec chorum visitare. Sunt et alij beneficiati qui credunt se ad horas non obligari. nisi recipiant sacros ordines. Sed ultimo secundum rectam rationem quod districtius tenetur talis clericus beneficiatus et non ordinatus: quam clericus ordinatus et non beneficiatus. quod primus tanquam mercede conductus est ad legendum horas canonicas. sicut ecclesia instituit eas. Alter autem ad hoc est spontaneus et libera voluntate obligatus. Sed sub maiori pena tenet hoc quis adimplere ad quod mercede conducitur. quam ad quod sponte se constrinxit. Item alia abhominatio fit in hac domo. Nam clerici istis rebus redditibus et beneficiis volunt esse contenti: sed habitum et pueritiam layci. Comam nutriunt cum mulieris

Eo

Tertia domus dei est tota
ecclesia catholica. et in qua
abhominatio fit

1. abhominatio
2. abhominatio

Capitulum duodecimū.

no. 1 bus: habitu et calciamentis assimilent militibus. tabernas et
lupanaria visitant cū garrionibus. Audite quid dicit Augus.
de talibus clericis in libro de cōtemptu mundi. Quisquis igitur
talis ad sortē domini vocatus qui comā nutrit et capillos
reddere vel tondere erubescit. pfecto nō se de dei: sed de mūdi
sorte esse testat. Quanto em̄ quis crines plus fouet tanto cor
suum nō in celso. sed in terra fixum esse ostēdit. Exstirpet igitur
penitus p̄sumptio talis neq̄ absit a deo expellat eius orō. hec
bu. ille. Item Bern. ad eugenū papam li. iij. in finis ait. Viros
cuius ordinis sint nostri clerici. Nam in p̄gregatione tp̄alium
habent se vt layci. in apparatu nobilit vt milites. in acquisitione
reddituū vt clerici. Et tñ non laborāt vt layci: nec pugnant vt
milites: nec euāgelizant vt clerici. et tñ vtriusq̄ ordinis cupiūt
esse et vtrunq̄ deserūt vnusquisq̄ in suo ordine resurget. Iste
vero in quo ordine nescio. cum tñ deus summe sapiens credat
et nihil inordinatū relinquat. Qua in re timeo istos non alibi
locandos nisi vbi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat.
2. abhominatio ¶ Itē adhuc alia abhominatio fit in hac domo a clericis scz
q̄ ipsi se mutuo occultis morsibus et apertis laniant. vnus ali
um infamādo: detrahendo: obloquendo: increpādo in iuditio
et extra. Et intantū seu et magna est ista pestis in clerico. q̄
iam religiosi detrahūt secularibus: et seculares religiosis: vnus
quisq̄ inuidet alteri de statu et honore. Et ex illo layci pluri
mū scandalizant et per consequēs non credant que ipsi p̄dicāt
nec etiā tenent clericum in reuerētia debita vt decreet: et sic ista
domus ledit graui ruina. Nec mirum. Dum em̄ pastor per ab
rupta gradit consequēs est vt grex ad precipitiū sequat vt di
cit Bregio. in pastoralī. Dic dicendū esset de crimiosissimo epi
scopo Beyerburgensi noie Udo. qui beu non clericaliter nec
episcopalisiter vixit. vt exitus rei demonstrauit. sed seruabo tibi
eamdem historiā vsq̄ in finem huius carte: et dicā tibi de vno
Ex alio episcopo qui erat homo carnalis et multū lubricus. quia
publicus pcubinarius. Sed cū diuino vigēte iuditio idēz ad
extremū peruenisset. neq̄ p̄fessionem: neq̄ sacramentū eucari
stie: neq̄ sacramentū vel sacram vinctiōē accipere volebat. Un
de cū amici eius de hoc multū dolentes vt sic sine viatico mo
ri vellent. Deniq̄ quidam filius eius carnalis eum super hac re

multum rogabat. Cui episcopus pater eius vehementer indignans sibi multū dure respondit et ait. Fili peccatissime mere u
trius non me latet intentio tue perfide mentis: scio quia mor
tem meam desiderāter expectas ut facultates meas babeas. z
ideo mor pcepit cubicularijs suis ut cum eo exirent et hostiū
clauderent: et cum quiescere pmitterent: ne etia3 intrarent nisi
ipso iubente. Quib3 egressis aliquādiu. Cū itaq3 aliqui scire
volentes quid ageret introierūt: sed eum in lecto minime repe
rierūt. Cum enī in singulis angulis quererent et nō inuenirēt
randem rursum respiciētes viderunt cadaver eius mortuū pro
lectū inextensum trabem. Unde cū non essent ibi scale nec alia
instrumēta quibus ad eandem trabem ascendere poruisset cer
nissime patuit. q3 a demonibus esset suffocatus et ad illū locū
subleuatus. Ita nō solum punitur qui corpus xpi indignes u
mit. sed etiam qui sumere indigne sumentes specialem penam
incurrūt. et dyabolus in talibus maiorem habet potestatem. ut
dicitur Joh. iij. de iuda. q3 post buccellā panis introiuit in euz
sathanas: q̄nis in eo prius erat. Et tñ illa buccella nō erat cri
stus: sed dyabolus in ipsius animā intrauit. q3 ausus est accipe
re buccellā de manu domini cū sciret se traditorem eius. et per
sequēs crimiosum hoīem valde. Unde Augu. ait. Nullus ma
lignus a d corpus xpi accedat ne qd iudas sustinuit patiatur.
sicut fuit ille epūs et oēs cōcubinarij sibi similes. ¶ Est tñ sc
endū q3 ille criminosus epūs sustinuit hāc penam a dyabolo.
nō solum ideo q3 non voluit penitere nec cōicari: sed q3 credi
dit qd ben 3 pluries adhuc hodierna die credūt. in periculū
animarū suarū de extrema vncione: q3 si inungeret oleo sacro
q3 eo citius morerēt. Et thesaurus suus qui fuit magnus succe
dere deberet filio suo spurio. qd fuit ptra ipsum. Nam ut supra
dictū est: ideo dyabolo suadente in cuius prāte fuerat: sacra
eucaristie sacre vncōis et pfessionis recusauit. et dño suo dya
bolo cui in vita seruiuit: obediuit. cū quo ad dānationē eternā
transiuit. et ideo corpus eius in trabem suspēdit: et in hoc dya
bolus seruū suū honorauit. O mi frater reuerte a seruitio dya
boli: hoc est a cōcubina tua ad deū qui te creauit et insup sua
turpissima morte redemit. ut ei seruires casto corpe et mundo
corde. qui multū alios habet bōnare suos suos i celesti patria

Capitulum duodecimū.

cum omnibus angelis atq; beatis q̄ dyabolus in extremis pe-
nis. Cogita mi frater qz momentaneū est quod delectat. Feter-
nū est quod in pfundo inferni inestimabiliter cruciat. Vere et
go illā momentaneā et feridissimā delectationē luxurie in inesti-
mabilem gloriā et eternū bonum et gaudiū celestis patric. Ipse
em̄ deus misericors expansis stat manibus et paratissimus est
te suscipere. qz cor contritū et humiliatū deus nō despiciet. Si
vero neglexeris t̄pūs gratie sicut iste episcopus Ripensis beu-
fecit et qd ipse inuenit tu inuenies. Noli imitari vestigia eius:
Modica em̄ hic penitētia acquirit tibi magnā gloriā et sem-
piternū gaudiū. Ep̄m accipe de latronibus maleficis ad mor-
tē diiudicatis. qui gauderēt vebemēter si pro auriculo abscondē-
do possent euadere mortem corpalem. Tu quoq; gaude et leta-
re. qz cum parua penitētia potes euadere mortem anie eternalē
et acquirere tibi gloriā sempiternā et dicere illud Ecclesi. vlti.
Videte oculis vestris qz modicum laboraui et inueni mihi ma-
gnā requiē. Glosa. in hoc tpe gratie et misericordie. Sieben
ecōtra tpe iusticie videlicet post mortē per magnam et inestima-
bilem penam nō potest sibi homo ibi puam acquirere requiē.
Audi diligēter quid dicat Isidorus. ait em̄ sic. Si habes sapi-
entiā salomonis: pulchritudinē absolonis: velocitatē asabelis
psperitatē alexandri: potentia octauiani: diuitias cresi: longevi-
tatē enoch: quid prosunt si in fine caro tua vermibus detur. et
anima cū demonibus in inferno eternaliter colloce. Nec ille.
O mi frater cogita qz tua nouissima fiāt quatuor ista videlicet
mors: iudiciū: iebenna et gloria. Quid horribilius mortē. quid
intollerabilius iebēna: quid iocūdus eterna gloria. Qua in re
dico tibi cum metrista. Surge miser vigila: stude lege vel ora
Sic fac qz nulla sine fructu transeat hora. Quid em̄ quisq; se-
ritur p̄sentis tpe vite. Hoc sibi messis erit cū dicitur ite venite
¶ Rotandū qz nos sp̄iales viri tam seculares q̄ religiosi de-
beremus dare istis secularibus p̄sonis fortem et strennuū mo-
dū pugnādī pro patria celesti. Dodo q̄q; sit oppositū. qz ipsi
sunt fortiores in militādo et multū seruentiores: se ad artam et
strictam vitā dādo. et oēm gloriā et pompam. ac potentiaz
huius mōl postponēdo: vt vitam possideant eternā. et hoc in
magnū scandalum et erubescentiā nobis. ¶ Nam legimus qz

quidam miles diu vixerat male in torneamentis. hastiludis et Et
 spolijs et multis alijs vanitatibus huius seculi. Ret aut illius
 terre volebat ire ad terram sanctā et cogitabat q̄ interim isti
 miliri cōmitteret totum regnū. ille aut intelligens hoc cogita-
 bat intra se illud cōmune prouerbium. wan der schimpff am
 besten ist sol man da von lassen. Tu diu militasti regi terreno
 tempus est vt incipias militari regi celesti. p̄ eterna patria que
 nunq̄ auferet a te. Et congregauit ad se omnes amicos suos
 et fautores tanq̄ habiturus magnā expeditionē vt sibi in auxi-
 lum venirent assignās eis diem et locum. Illi vero tanq̄ sui
 amici et fautores venerūt in magna multitudine die staturo.
 et dixerunt quo sumus ituri. Ipse dixit. non dicā vobis quousq̄
 illuc venerimus. ne forte hosti cōscij fiant. Et iste miles stren-
 uus pugnaturus cū omibus demonib⁹ dixerit iter suum ad
 claram vallem. Cum aut venisset p̄ claustrum dixit ad eos
 Dic me inuadūt multi hostes inuisibiles. s. demones. quis me
 cum intrabit bellū contra eos quoniā hic intendo me sepelire
 in monasterio abrenunciādo mundo et omnibus eius pompis
 Et hortabatur eos multū ad introitū ordinis. sed ipsi nolebant
 et dicebāt. Nolite tam stulte agere nos sic dimittēdo: parati
 em⁹ sumus omēs vobiscū intrare bellum et vobiscū mori. Qui
 bus miles ait. Nolite mecz mori t̄paliter: sed intrate et viuite
 eternaliter. Et sic intrauit miles ille monasteriū et securus est
 eum solūmodo armiger eius quē ab infanzia nutrierat. Et sic
 respiciens retro vidit solum armigerū et multū gaudius est et dī-
 xit. Tu sequeris me sicut bonus latro securus est xpm in para-
 disum. Et confortati in dño intrantes monasteriū et habituz
 susceperūt et saluari sunt ambo dño adiuuante. O mi frater tu-
 quoz fac simile sic ars deludit arte. Nam bene iste p̄fatus mi-
 les habuit p̄ oculis qdam verba poetica videlicet ista. Si ti-
 bi pulchra domus: si splendida mensa: quid inde. Si fueris di-
 ues: fortis: pulcher uic: quid inde. Si prior vel abbas: rex aut
 papa: quid inde. Que sunt sub celo si tua sunt cūtra. quid inde.
 Tam cito p̄reunt hec oīa q̄ nihil inde. Sola manet virtus
 qua gloriabimur inde. Item alia metra. Forma genus mores
 sapientia res et honores. Morie cadūt subita solū manēt meri-
 ta. Cui apocal. vi. O ga em illorū secun⁹ illos. Et hec de. xij. c.
Hh i

Capitulum tredecimū.

Queritur utrum conueniens

fit talis increpatio sacerdotū siue correpcio. Capitulum xij:

Queritur utrū cōueniens sit talis increpatio sacerdotū

q siue correpcio. Cum tñ apostolus dicat Seniores te ne increpaueris. Respondet q bec regula sancti pauli

seruāda est. vt habetur. ij. q. vij. c. paulus. fm verba beati Bre. sic dicentis. Cum culpa senioris id est sacerdotis suo exemplo non retrahit ad interitū corda iuniorū. vbi autē senior siue sacerdos iuuenibus exemplū pber ad interitū ille districta increpatione ferendus est. Nam etiam scriptū est. Loquens iuueni:

Et rursum. Maldictus puer centū annorū. Super quo verbo dicit beatus Bern. Maldictū caput canū et cor vanum. caput tremulū et cor emulū. canities in fruce et pnices in mente facies rugosa et lingua nugosa. cutis sicca et religio ficta. vii. sus caligās et caritas claudicās. labium pendēs et deus terra bens. virtus debilis et vita flebilis. Dies vberes fructus steriles. anni multi et actus stulti. Tales seniores et presbiteri digni essent non solū simplici correctione. Sed et vt molendina affinaria suspensa collo eorū dimergerent in pfundum maris. Iuxta vocem domini. Mathei. xvij. Si em tales senes essent prelati aut pastores ouīū christi. tūc fm beatū Gregoriū admonendi essent subditi ne plus q̄ expediat sint ipis subiecti ne cū plus studeāt quā est necesse hominibus subici. et cōpellent eorū vicia venerari. Sciendū q duplex est correctio. Quedā potestatiua. qua nō solū intendit correctio fratris. f etiam intendit procuratio boni cōmunis. Et illa nō solū fit per simplicē amonitionē. sed etiam quāq per penarū inflectionē. vt ipse peccās et alij timeāt huiusmodi penas. vt sic a peccato desistāt. Et talis correctio solū p̄inet ad prelatos et iudices et alios supiores respectu suorū inferiorū qui missi sūt. Unde quomō p̄dicabunt nisi mittant. ad Ro. x. Secūda vero correctio dicit fraterna que p simplicem amonitionē tendit ad emendationē peccantis. Et q̄ bec amonitio est actus dilectionis. ideo cadit sub precepto diuino probat hoc p illud Mathei. xvij. Si peccauerit in te frater tuus &c. Et per Blosam vbi dicit. Ita bene peccat qui videt fratrem suū peccare et tacet sicut qui peccati nō indulo

orig nō in hunc modum
de p̄mibz generis sūt

Corruptio dicitur